



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

Gregorius XV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

ANNO  
1612.

cationibus inclinati, de venerabilium, fratrum nostrorum S. R. Ecclesie Cardinalium, sacris ritibus praefectorum, quibus rem examinandam & matre discutiendam commisimus consilio, eisdem & protempore existentibus Archiepiscopo Salernitano, ac Decano, & Capitulo Ecclesiae, & Clero Civitatis Salernitanæ, ut Officium praedictum cum missa de communi unius Pontificis, cum Orationibus, & lectionibus fecundi nocturni, propriis, annis singulis, tam ejusdem B. Gregorii, quam ejus translationis diebus festis sub ritu publici recitare, liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium, perpetuam licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non D. Ecclesiae, etiam juramenti, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 28. Julii 1609. Pontificatus nostri anno quinto.

S. Cobelluricus.

IV.  
Ex Memoires du Clergé de France  
Tom. 1. pag. 919.

Revocat indultum Mulieribus concessum ingrediendi Monasterium Monialium: Anno 1612.

PAULUS PAPA QUINTUS,

*ad futuram rei memoriam.*

**M**onialium statui, quae secularia desideria abnegantes, Dei obsequio sese addixerunt, pastorali sollicitudine consulere cupientes, ad ea removenda, quae religiosam earum quietem, & regularem observantiam perturbare dignoscuntur, curam nostram libenter impendimus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§. 1. Quoniam itaque, sicut accepimus, experientia compertum est, non levia incommoda licentias ingrediendi monasteria monialium mulieribus secularibus concessas, dictis monialibus inferre: Nos malis hujusmodi opportuno remedio providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnes & singulas licentias ingrediendi Monasteria monialium ubique locorum existentium, ac cum monialibus conversandi, & refectorem sumendi corporalem mulieribus cujuscumque status, gradus, & conditionis existentibus, etiam Marchionali, & Ducali dignitate fulgentibus, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus & efficacioribus, ac insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, ad tempus vel in perpetuum à praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, & etiam à nobis concessas, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur praesentibus, haberi volumus pro expressis, Apostolica auctoritate, tenore praesentium revocamus, cassamus, & irritamus, ac revocatas, cassas, & irritas esse decernimus.

§. 2. Inhibentes mulieribus praedictis licentias hujusmodi habentibus, sub excommunicationis latae sententiae poena, à qua non nisi à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo, absolvi possint, ne monasteria praedicta praetextu licentiarum hujusmodi ingredi audeant, seu praesumant.

§. 3. Ipsorum verò Monasteriorum Abbatissis, seu Priorissis, ac superioribus, sub eadem, ac privationis suorum officiorum quae obtinent,

& inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, ipso facto sine alia declaratione incurrendis poenis ne eas introducere seu admittere, vel admissas quoquo modo retinere audeant, seu praesumant.

§. 4. Quo circa dilectis filiis nostris, & Apostolicae sedis pro tempore existentibus Nunciis, ac locorum Ordinariis, nec non dictorum Monasteriorum praelatis, & superioribus, praecipimus & mandamus, quatenus praesentes litteras publicari, & praemissa omnia observari faciant; Contradictores quoslibet, ac praemissis non parentes, per praedictas & alias sententias, censuras & poenas, aliaque Juris, & facti remedia opportuna appellatione postposita compescendo; invocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

§. 6. Quia verò difficile foret has litteras ad omnia loca deferri; volumus quod earum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, ac si essent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die decima Julii, millesimo sexcentesimo duodecimo, Pontificatus nostri Anno octavo.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo duodecimo, Indictione decima, Pontificatus sanctissimi Domini nostri Domini Pauli divina providentia Papa V. anno ejus octavo, die verò duodecima mensis Julii Retroscriptae litterae affixae, & publicatae fuerunt ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Florae, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem. Virginius de Virginiis pro mag. Curs.

GREGORIUS XV.

PONTIFEX CCXXXVIII.

ANNO DOMINI MDCXXI.

**G**regorius Bononiensis ex Gente Ludovisae annorum duorum Pontifex venit, nè in privatis Sermonibus, & scriptis Diva Virgo in peccato Originali asseratur concepta, & nè alio nomine in officio, & missa, quam Conceptionis quis utatur. Obiit anno 1623. (*Magni Bullarii Romani Tom. 1. hujus Edit. Luxemb. 1727. Tom. III. fol. 418. App.*)

Quod Congregatio Clericorum Regularium Sancti Pauli, omnibus gratiis, prerogativis, & privilegiis Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum perfruatur: Anno 1621.

GREGORIUS PAPA XV.

*ad perpetuam rei memoriam.*

**R**omanus Pontifex personarum ecclesiasticarum quarumlibet praesertim regularium vota religionis propagationem, & augmentum respiciens ad exauditionis gratiam libenter admittit prout conspicit in Domino salubriter expedire.

ANNO  
1621.

Exorcium.

S. I.

ANNO  
1621.

Petio omnium Privilegiorum alias conceutorum Congregationi Presbyterorumque Theatini nuncupatur.

Hæc vide in novo Bull. Const. II. Clem. VII. exponi fol. 575. cum ibi notatis.

Abolutio à censuris ad effectum horum privilegiorum obtinendum duntaxat.

Concessio Pontificis eorundem privilegiorum.

S. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Præpositi generalis, & Clericorum regularium Congregationis Sancti Pauli Barnabitarum nuncupatorum nobis nuper expositum fuit, quod cum ipsi cupiant pro illorum Congregationis augmento ut ipsi in via Domini sub suavi religionis iugo Deo dante plurimum proficere possint, omnia privilegia, gratias, facultates tam spirituales, quàm temporales, & indulta Congregationi presbyterorum Theatinorum nuncupatorum concessa eorum Congregationi hujusmodi concedi, nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eorum desideriis hujusmodi annuere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate apostolica dignemur.

S. 2. Nos igitur Præpositum, & Clericos prædictos specialibus favoribus, & gratiis sequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Omnia, & singula privilegia prærogativas, concessiones facultates exemptiones, immunitates, indulta, indulgentias, & peccatorum remissiones, ceterasque gratias spirituales, & temporales, ac tam conjunctim, quàm divisim etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet dictæ Congregationi presbyterorum Theatinorum nuncupatorum, illiusque Præposito generali, aliisque superioribus, Officialibus, ministris, & personis, eorumque domibus regularibus quibuscunque concessa, ac quibus dicta Congregatio Theatinorum, ejusque domus regulares, nec non Præpositi generales, superiores, officiales, ministri, & alie quæcunque illius personæ de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione Apostolica, vel alias quomodolibet etiam per viam communicationis, & extensionis utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum eidem Congregationi Clericorum Barnabitarum, illiusque domibus regularibus, nec non Præposito generali, aliisque superioribus officialibus, ministris, & quibuscunque personis nunc, & pro tempore existentibus apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, illaque omnia, & singula ad dictam Congregationem Clericorum Barnabitarum, illiusque Domus regulares, nec non Præpositum generalem, superiores, officiales, ministros, & personas prædictas, ita ut dicta Congregatio Clericorum Barnabitarum, ejusque regulares domus, illorumque Præpositus generalis, superiores, officiales, ministri, & personæ nunc, & pro tempore existentes præmissis omnibus, & singulis æquè, & pariformiter, ac sine ulla differentia, uti, frui potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant perinde ac si singula præmissa illis specialiter, & expressè, ac principaliter non autem ad instar concessa, & præsentibus expressa, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserta fuissent auctoritate, & tenore præsentis extendimus, illaque omnia, & singula dictæ Congregationi Clericorum Barnabitarum illiusque domibus regularibus, & personis prædictis communicamus.

S. 3. Decernentes præsentibus litteras semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere.

S. 4. Sicque & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E.

Cardinales ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 5. Non obstantè nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, & quibusvis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Congregationis Theatinorum, etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus privilegiis quoque indultis, & litteris apostolicis dictæ Congregationi Theatinorum, ejusque superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

S. 6. Volumus autem quod præsentium transcriptis, etiam impressis manu alicujus Superioris dictæ Congregationis Barnabitarum subscriptis, & sigillo ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die XXVII. Julii MDCXXI. Pontificatus nostri Anno primo. In calce S. Car. S. Suf. A tergo in calce. Hen. de la Plume. loco ✕ sigilli.

Concordat in omnibus cum Originali &c.

D. Joannes Baptista Gropallo Præpositus Collegii S. S. Blasii & Caroli de Urbe ejusdem Congregationis.

Diploma ad Instantiam Cardinalis de Rochefoucault concessum, & Consensu Regio firmatam, quod scilicet Moniales Hospitalariæ Regni Galliarum, exceptis his, quæ in Civitate, & sub urbiis Parisiorum, à Jurisdictione magni Eleemosinarii eximantur, & Episcopis Diocesanis subjiciantur: Anno 1622.

GREGORIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, dilecto Filio Francisco, tituli Sancti Calixti Presbytero Cardinali de la Rochefoucault nuncupato, salutem & Apostolicam benedictionem.

AD personam tuam quam divina clementia magnis illustravit gratiarum muneribus, paternæ dirigentes considerationis intuitum, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut vota tua, præsertim ad prosperiorem, & salubriorem Regularium locorum directionem tendentia, ad exauditionis gratiam libenter admittamus. Cum itaque pro parte tua nobis expositum fuerit, quod cum Monasteria Monialium Hospitaliarum nuncupatarum in Galliis instituta, magno Eleemosinarii dicti Regni in spiritualibus subjecta esse noscantur, illorumque Moniales uti à superiore, qui oculos in eas, ut deceret, intendat, remota, quandoque cum populi scandalo, divini cultus & earum salutis detrimento, disciplinam & instituta regu-

ANNO  
1622.

Clausula derogatoria

Fides transcriptorum.

D. P. an. I. XVII. Julii.

II.  
Ex Memoir du Clergé  
Tom. 2. pag. 924.

Clausula præservativa.

Clausula sublata &c.

ANNO  
1622.

laria, quibus votis adstrictæ existunt, relaxare videantur: Tu vero qui prædicti regni magnus Eleemosinarius existis, providè considerantes & pro tempore existentem Eleemosinarium ipsius regni, propter locorum distantiam tantis Monialium Monasteriis invigilare non posse, & ob defectum alicujus jurisdictionem in eis exercentis, diversa incommoda, abusus, & etiam disciplina hujusmodi relaxationem irreperere posse, illisque salubri aliqua ratione obviare operæ pretium existere, Monasteria ipsa illorumque Moniales infra dictis dumtaxat exceptis, ab Eleemosinariis pro tempore existentis præsentis jurisdictione perpetuè eximi ac liberari, ac Diæcesanorum jurisdictioni subjeci summopere desideras: Quare nobis humiliter supplicari fecisti quatenus votis tuis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur te specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, omnia, & singula Monasteria, loca, & hospitalia, in quibus dictæ moniales reperiuntur, ac easdem Moniales, illarumque Ministros, famulos & personas præterquam in Civitate Parisiensi, & illius suburbiis consistentia, quæ sub præsentis exemptione propter vicinitatem, & dicti Eleemosinarii residentiam nullatenus comprehensa esse censeantur, sed ejusdem Eleemosinarii jurisdictioni perpetuè ut prius subiecta remaneant ab omni, & quacunque jurisdictione, superioritate, visitatione, correctione, & obedientia, nunc & pro tempore existentis ipsius Regni magni Eleemosinarii, de consensu charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi, perpetuè Apostolica auctoritate quoad spiritualia eximimus & liberamus: illaque sic exempta & liberata Diæcesanorum locorum & pro tempore existentium omnimodæ jurisdictioni, superioritati, visitationi, correctioni, & obedientiæ ita ut deinceps perpetuis futuris temporibus Diæcesani locorum hujusmodi, illa quisque videlicet in sua Diæcesi & districtu visitare & corrigere possint & debeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si nunquam dicti Eleemosinarii jurisdictioni subposita fuissent, & ab eorum institutionis exordio Diæcesanorum locorum superioritati visitationi, & obedientiæ quoad spiritualia subiecta existissent, auctoritate & tenore præmissis & perpetuè subjecimus, submitimus, & supponimus, ac ex nunc & in perpetuum subiecta, submissa, & supposita esse, & fore: Præsentibus quoque litteras semper validas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac singulis Diæcesanis prædictis suffragari, sicque per quoscunque iudices & causarum Palatii Apostolici auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de latere legatos, & vice legatos, sedisque Apostolicæ Nuncios judicari & diffiniri debere: ac quicquid secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non monasteriorum locorum, & Hospitalium hujusmodi institutionibus & statutis, & juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis, illis, ac dilectis filiis eorum superioribus & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis irritantibusque & aliis decretis in genere vel specie & motu proprio, & consistorialiter, ac aliis in contrarium forsan quomodolibet concessis. Quibus omnibus etiam de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifi-

ca, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma tradita ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, subjectionis, submissionis, suppositionis & decreti ac derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Tusculi, Anno Incarnationis Dominiæ millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Prædie Cal. Junii, Pontificatus nostri Anno secundo.

Confirmatio, & ampliatio Constitutionis Clementis VIII. super his, quæ sunt necessaria pro ædificatione novorum Monasteriorum: Anno 1622.

III.  
Ex ibid.  
Tom. I. pag.  
985.

## GREGORIUS PAPA XV.

Cum aliàs fel. rec. Clemens Papa octavus decreverit, Ordinariis locorum licentiam ad novos Conventus cujuscunque, præsertim Mendicantium, Ordinis in Civitatibus, & in locis eorum ordinariæ jurisdictioni subiectis erigendos, impertiri non posse, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa servatis servandis cognita, in eisdem Civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendi Conventus, sine aliorum detrimento, commode sustentari posse constituerit. Si vero ab eorum sententia ad sedem Apostolicam provocari & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tam diù erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quamdiù à dicta sede in ea causa pronunciatum extiterit, ac aliàs prout in decreto hujusmodi plenius continetur.

2. Verum per piæ memoriæ Paulum Papam quintum accepto, plerosque ex ordinariis prædictis, favore vel nimia expostitionum impunitate ad novos Conventus, seu domus, præter, & contra tenorem prædicti decreti erigendos, plerumque adduci, quo fiti, ut non habita debita eleemosinarum, seu reddituum cujuscunque Monasterii, Conventus, seu domus ratione, Monachi, seu Fratres aut Religiosi ibi degentes, manuteneri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, ut cultus divinus in eorum Ecclesiis destituatur, ibique regularis disciplina, ut convenit, conservari non valeat, sacra Congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium negotiis Regularium præpositorum, ad quos idem P. Papa V. negotium hujusmodi rejecerat, tot incommodis obviam ire, eisque aliquid opportunum remedium adhibere cupiens, decreti hujusmodi veriores, ac tot tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum infereretur pro plenè & sufficienter expressis habens, vivæ vocis oraculo à sancto Domino nostro Gregorio Papa decimo quinto habito, decretum prædictum, quatenus opus sit, innovat, & in usum reducit.

3. Volens, quod de cætero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cujuscunque, etiam mendicantium, Ordinis, Societatis, & Instituti, quocunque nomine nuncupentur,

etiam

ANNŌ  
1623.

etiam fide illis particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset, in quacunq[ue] civitate, vel oppido, seu quocunq[ue] alio loco non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & consuetis Eleemosinis sustentari valeant, ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conventuum seu Domorum, aliarum Religionum, vel Congregationum, aut societatum, seu Institutionum hujusmodi, non solum in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tunc erectioni consenserint, vel aliàs Ordinariis locorum confiterentur, Religiosos Monasterii, Conventus, seu domus regularis sic erigendi, seu erigendæ absque detrimento Religiosorum in Monasteriis seu domibus antea in civitatibus, seu locis hujusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commode, & congruè manuteneri, & ali posse. Si verò novi Conventus, Domus, Congregatio vel societas hujusmodi institutendæ erant, nullique alii regulares inibi reperiantur, Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ, & habitatores, quorum & consensum requirant, ac adhibeant, hujusmodi duodecim Religiosos in Conventibus, ut præmittitur, instituentis, commode alere, & manuteneri valeant.

4. Si verò à decreto, seu decretis per Ordinarios prædictis in causis hujusmodi ferendis legitime appellari contigerit, ex nunc prout ex ea die qua appellatio interponetur, ea ad eandem Sacram Congregationem una cum toto negotio principali devoluta censeatur, appellationeque hujusmodi pendente, nihil innovandum esse, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernentes: quibus cunque in contrarium facientibus non obstantibus. Romæ 17. Augusti 1622.

Ant. Card. Saulius.

IV.  
Ex ibid.  
Tom. I. pag.  
921.

Leges diversæ circa Clausuram, & directionem Monialium, prædicationem Verbi Dei; Sacramentorum administrationem per Regulares &c. Anno 1623.

GREGORIUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

**I**nferutabili Dei providentia universalis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus præfidentes, Pastoralis nostræ sollicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere, ut à dignis, & probatis tantum sacerdotibus sanctè administrarentur Ecclesiastica Sacramenta, atque ut virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissimè custodiantur, & viri assumantur idonei ad prædicationis officium salubriter exequendum. Sanè Tridentinæ Synodi decretis providè cautum est nullum Presbyterum, etiam Regularem, posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: Nec non ut in Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura, personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ, tam regulares, quàm sæculares ejusmodi curam exercentes, subsint im-

mediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, vilitationi, & correctioni Episcopi in cujus Diocesi sunt sita: Itemque ut Episcopi universi sub obestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteriis sibi subjectis Ordinaria, in aliis verò sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari, maximè procurant, inobedientes, atque contradictores, per censuras Ecclesiasticas, aliasque penas, quacunq[ue] appellatione postposita, compescerent: Atque ut regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, & coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, in Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis prædicare præsumant. Verùm quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationes postulare, ut decretis ejusmodi aliquid adjungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valitura constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quàm sæculares quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum sæcularium, Monasteriis, seu domibus regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel Beneficiis sive regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel Beneficiis sive regularibus, sive sæcularibus incumbentem exercent, seu alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrant, prævia Episcopali licentia & approbatione, sive quomodolibet in dictæ Curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant: in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, vilitationi, & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam sedis Apostolicæ delegati, plenè in omnibus subiciantur: Ad hæc tam regulares, quàm sæculares hujusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subjectorum, ab Episcopo loci, similiter tanquam ad hoc sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant. Confessores verò, sive regulares, sive sæculares quomodocunque exempti tam ordinarii, quàm extraordinarii ad confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & administrantes bona ad ejusmodi Monasteria sanctimonialium, ut præfertur etiam regularibus subjectarum pertinentia, sive regulares extiterint, sive sæculares, quomodolibet exempti Episcopo loci adhibitibus etiam superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque juris remediis cogi, & compelli queant; liceatque Episcopo, ex rationabili causa superiores regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque administratores amoveant; iisque superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus, unà cum superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eo-

rumdem

ANNŌ  
1623.

ANN O  
1623.

rumdem Monasteriorum, quocunque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac praesidere; absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus, tanquam sedis legatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscunque exemptos, tam seculares, quam regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quae suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis, ac suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente praedicare praesumpserint. Ita ut Episcopi in supra scriptis casibus, & in praenominatas personas, in praemissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, uti ejusdem sedis delegati, procedere, omnemque jurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes sic per quoscunque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam sacri Palatii auditores, nec non Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam mendicantium, quam non mendicantium, militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, societatum, ac cujus alterius instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendi, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam secularium, quam regularium locorum, nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam mari magno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis; conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur, & quibusvis aliis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut aliis quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis, concessionis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis; et amsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis speciali, & individua, ac de verbo ad verbum; non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea quae eisdem praesentibus adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Ceterum quia difficile foret praesentes litteras ad singula quaeque loca deferri, ut eae tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, atque Cancellariae Apostolicae, & in acie campi Florae publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, eisque detractis, earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, ut eandem praesentium litterarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici sub-

scriptis, & sigillo Praelati, seu personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, nonis Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

S. de Ursinis.

V. Dat.

Registrata in Secretaria Brevium.

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo tertio: Indictione sexta, die vero octava Mensis Februarii; Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Gregorii divina providentia Pape XV. anno secundo, retrospectae litterae Apostolicae, affixae, & publicatae fuerunt ad Valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, dimissis ibidem earundem litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde remotis, deinde dimissis earundem litterarum copiis affixis, ut moris est, per nos Cosmam Modium, & Alexandrum de Rochis sanctissimi Domini nostri Pape Cursores.

Octavius Spada Magister Curforum.

URBANUS OCTAVUS  
PONTIFEX CCXXXIX.

ANNO DOMINI MDCXXIII.

URbanus hujus nominis Octavus, Mathaeus Barberinus antea dictus: anno 1623. Pontifex recunciatus. Venit exponi eorum imagines in locis sacris, quos Ecclesiastica sanctos non edixerat. Cardinales *Eminentissimos* vocari jussit, qui prius *Illustrissimi*, & antea amplissimi audiebant. Vixit annis viginti uno, mense uno, diebus viginti quatuor. (*Magni Bullarii Romani hujus Edit. Luxemb. 1727. Tom. IV. fol. 1. App.*)

Confirmatio & extensio Constitutionis Gregorii XV. revocatoria omnium Privilegiorum viva voce concessorum Regularibus; aliisque: anno 1622.

I.  
Ex Memol.  
re du Cler.  
gé Tom. 1.  
pag. 981.

## URBANUS EPISCOPUS,

ad perpetuam rei memoriam.

Alias fel. rec. Gregorius Papa XV. praedecessor noster, ut subna centibus jugiter variis difficultatibus, & abusibus ex privilegiis à sede Apostolica viva vocis oraculo saepe numero concessis obviam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequentis videlicet. *Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam.*

Ro.